



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Miloni Svbduacono.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

rundem Ecclesiarum ministris de auctoritate nostra concedimus facultatem. Prohibemus insuper ne aliquos interdicto vel excommunicationi à vobis justè subjectos ad officium aut communionem ecclesiasticanam quisquam recipere sine congrua satisfactione præsumat, nisi forte periculum mortis immineat; ut dum præsentiam vestram habere nequierint, per alium secundum formam Ecclesie, satisfactione præmissa, oporteat ligatum absolvit. Cum autem generale interdictum terræ fuerit &c. usque celebare. In parochialibus siquidem Ecclesiis quas habetis liceat vobis sacerdotes eligere & dioecesano Episcopo præsentare; quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat; ita quidem quod ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Chrisma vero, oleum sanctum &c. usque voluerit exhibere. Alioquin ad quemcumque malueritis catholicum antistitem recurritis, qui nostra fretus auctoritate quod postulatur indulget. Si quem verò Episcopum Romanas sedis communionem habent. m. & de quo plenam habeatis notitiam, per vos transire contigerit, ab illo benedictiones vasorum & vestrum, consecrationes altarium, & ordinationes monachorum auctoritate sedis apostolicæ recipere valeatis. Præterea licitum sit vobis in causis veltris civilibus fratres vestros idoneos ad testificandum adducere, atque ipsorum testimonio, sicut rectum fuerit, & propulsare injuriam & justitiam vendicare. Ad hæc adicimus ne aliqui monachi vel conversi sub professione domus vestrae auctrieti sine assensu Abbatis & majoris partis Capituli vestri pro aliquo fidejubescant vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiant &c. usque respondere. Ob evitandas vero secularium frequentationes liberum sit vobis, salvo jure dioecesani Episcopi & Ecclesie parochialis, oratoria in grangiis vestris construere & in ipsis, cum necesse fuerit, vobis & familie vestre divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillati vestrae &c. usque audeat exercere. Constituimus insuper ut Abbas qui pro tempore fuerit ad nullius Archiepiscopivel Episcopi synodum seu conventum, nisi tantum Romani Pontificis vel ejus Legati, accedere compellatur. Sepulturam quoque ipsius loci &c. usque assumuntur. Obeunte vero &c. usque beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium &c. usque usibus omnimodis

profutura. Salva sedis apostolicæ auctoritate & in prædictis Capillis dioecesanorum Episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclæstica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundò tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxit &c. usque subjaceat ultiōni. Cunctis autem eidem loco &c. usque præmia æternæ pacis inveniant. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij Cancellerij vicem agentis v. Idus Aprilis, Indictione secunda, incarnationis dominice anno M C X C I X. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ IIII. anno secundo.

M I L O N I S V B D I A C O N O.

Epist. 10.
Dispensatio
cum eo ipso
defecta non
littera. B. Col. 10.
Col. 10.
Hab.

In iniquitatibus cum Propheta conceptus non erubisti nobis expondere quomodo in delictis te peperit mater tua; gratiaque redimento naturam, ad submovendum impedimentum casuallis originis, apostolicæ implorasti beneficium pietatis. Nos igitur attendentes ingenuos mores ingenii natalibus antecellere, natæque conditionis fortunæ virtutis factæ gloriam anteire, intellectu tam ex compatriotarum tuorum laudabili testimonio quam eorum qui apud sedem apostolicam ex conversatione diutina te novere quod fortuitum nativitatis defectum per industrium bonitatis redimis supplementum, de misericordia qua superexaltat judicio, auctoritate tibi præsentium indulgemuſ quatinus, dummodo aliud non obviat de canonicis institutis, hoc quod pater tuus in diaconatu de simplici te genuit concubina non officiat tibi meritis sic adjuto quod minus ecclæsticum beneficium, cui cura non sit animarum annexa, valeas obtinere canonice ac obtentum liberè retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Laterani xiiii. Kal. Maij, pontificatus nostri anno duodecimo.

HVGONI DE SADVRANO
Refftori Ecclesie de Volobrica.

Epist. 10.
Safepius filii
procedentes
postulacione

Sacrofæcta Romana Ecclesia devotus & humiles filios &c. usque confovere. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personam tuam cum omnibus bonis tam ecclæsticis quam mundanis quæ in præsentiarum rationabiliter possides, aut in futurum iustis modis præ-